Intentiones
C.37.c.44

¶ Incipit tractatus de quinq; vniuersalibus logicalibus perutilis nouiter inuentus.

BEne fundatum p̄cepit debitū fundamentū. Nobis ergo intentiones logicales artificialiter fundare volentib⁹ opus est: vt primo nobis manifestent eaꝝ fundamēta. Et p̄e ceteris ea in quibus fundant q̄nq; vniuersalia. Scō dicendū est qualis sit modus fundandi dictas intentiōes. Tertio quales sunt in se seorsū accepte. Quarto determinandum est de eis in comparatione ad fundamenta. Quinto comparando vnam intentionem ad aliam.

QUantū ad p̄imū capitulū est aduertendum q̄ q̄dā res dicuntur vniuersales: q̄dā singulares.

¶ Vniuersales aūt sunt quecūq; a pluribus participant: vel saltē sunt participabiles quantū est ex parte earū. Et sic res vniuersales est p̄incipiū cōueniēdi plurib⁹: vel saltē cui nō repugnat vt plura in ipa cōueniant. Verbi gra. Natura humana p̄ticipat ab oi hoīe. vt a Sorte/Platone/t Ciceron. t sic de singulis. Dis enī homo in se habet naturā humanā. Et natura fenicis vel solis: licet nō a pluribus actualiter participetur. eñ quātū est ex parte sui sibi nō repugnat participatio pluriū. Et oēs hoīes cōueniūt in natura humana: q; maior est cōueniētia duorum hominū ad inuicē q̄ hominis t asini. t hanc cōuenientiā in natura humana dicamus esse fundamentū vniuersalis. Et natura fenicis quantū est ex parte sui non repugnat q̄ a pluribus cōmunicetur.

Natura singularis est talis, cui repugnat q̄ a pluribus participet. Vel esse tale in quo plura cōueniūt. vt Sortes/Plato. Sortes enī est sic totū q̄ nullo modo est pars. Et hoc loquēdo de parte essentiali sicut accipit in p̄posito. Et est cōueniens q̄ natura singularis nullo modo est illud in quo plura cōueniunt. t sic vniuersaliter de oi re singulari. Cum ergo res singularis nullo modo est cōis pluribus: in ipa non potest fundari intentio alicuius vniuersalis: q; vniuersale t cōmune idem sunt. Excludamus ergo naturam singularem tanq̄ fundamentum non conueniens alicui istorum quinq; vniuersalium.

Et est sciendū p̄imo q̄ in oi natura vniuersaliter potest fundari tā intentio prima q̄ intētio scōa: siue sit vniuersalis siue particularis. q; nō est aliqua natura quin pōt cōcipi tam simplici cōceptu. i. actu simplici intellectus q̄ p̄ceptu cōparato. i. actu intellectus cōposito.

¶ Et sciendū est q̄ in oi natura singulari pōt fundari intētio singularis vel individui. Et in oi natura vniuersali potest fundari intētio vniuersalis. Sed q̄dā vniuersaliū naturaꝝ sunt trāscendētes in Ens/Res/Aliq̄d/Vnū. Et q̄dā sunt in quodā genere determinato collocate. vt Sub-

stantia/corpus/animal/bos. Substantia velut caput in hoc supremū. Corpus velud collū. Animal instar ventris. Homo bos infimū velud pedes hominū. ¶ In naturis cōibus primo modo fundant intentiones vniuersaliū transcendentiū. Et in naturis cōibus secō mō fundant hec vniuersalia.

Relinquamus ergo naturas vniuersales primo modo acceptas: et loquamur de naturis cōmunibus secūdo modo. Horum autem quedam sunt per se in predicamento: et quedam per accidens. qz accidunt illis que sunt per se in predicamentis. Si primo modo: vel cōtinetur per se et ordine directo. secūdum/sub/et supra. Vel a latere et ordine indirecto. Si primo modo: vel est natura communis pluribus singularibus et numero differentibus tantum. vel pluribus naturis specifice distinctis vel differentibus. Si primo modo: sic est fundamentū speciei specialissime. Unde fundamentū speciei specialissime est natura cōmunicabilis vel predicabilis tantū de singularibus. Si vero secundo modo: sic est natura cōmunicabilis naturis vniuersalibus sub se cōtentis directe. et sic est fundamentū generis. Unde fundamentū generis est natura predicabilis de pluribus naturis specifice distinctis in quid. Sed si continetur per se in genere et ordine a latere: sic est fundamentū differētie. Si vero per accidens cōtinetur in predicamēto et per reductionem. Aut est accidens propriū quod causatur ex propriis principiis intrinsecis illius cui accidit. et sic est fundamētum proprii. Vel ineſt ei per causam extrinsecam. vt nigredo per estum solis. Et sic est fundamētū accidentis qđ est quintū vniuersale. Exempla hoz sequūtur.

Nota qz quelibet differentia diuisiua generis generalissimi dicitur suprema: qz nō est ei aliqua differētia supraueniēs. Et cui differentia constitutiua speciei specialissime. vltima differentia appellatur. eo qz vltra eam nō est aliqua saltē formalis et specifica. Et cui differentia que est inter supremam et vltimam: dicitur differētia intermedia. Illud ergo in quo fundatur differentia suprema est natura predicabilis de pluribus differentibus specie: cui non suprauenit alia differentia. Et fundamentum differentie intermedie est natura predicabilis de pluribus differentibus specie in quale substantiale: cui superuenit alia differentia. Fundamentum differentie vltime est natura predicabilis de pluribus differētibus numero tantū in quale substantiale.

Nota qz in suprema natura cōmuni que est directe in predicamēto fundatur intētio generis generalissimi. et in infima natura cōis species specialissima fundatur. Et cui natura cōis media genus subalternū et species subalterna. Genus vero subalternū dicitur in comparatiōe ad inferiora. Species nāqz subalterna in cōparatiōe ad superiora. ¶ In natura specialissima in comparatiōe ad superiora fundat species subalterna sicut in alijs. Sed in comparatiōe ad inferiora nō fundat genus in ea natura specialissima. Sed in vtraqz cōparatiōe videlz ad inferiora et superiora illa natura dicitur species precise.

Fundamentum ergo generis est natura predicabilis de pluribus differentibus specie in eo q̄ quid. Fundamentū speciei specialissime est natura predicabilis de pluribus differētibus numero solū in eo q̄ quid. Fūdamētū differētie est natura p̄dicabilis de pluribus in quale substātiale ⁊ loquēdo de differētia scōm q̄ est aliquod cōe ad differentiā intermediā ⁊ differentiā supremā. Fundamentū ꝓprij est natura predicabilis de pluribus differētibus numero solū in quale accidētale conuertibiliter. Fundamentū accidētis est natura predicabilis in quale accidētale non conuertibiliter.

Has autem aptitudines ⁊ proprietates presupponit intellectus in natura tanq̄ fundamentum sine quo non sufficit fundare has intentiones secūdas. Ubi ergo talis aptitudo non potest reperi cōueniens alicui predicto⁹ vniuersaliū ibi non est conueniens fundamentum alicuius intentionis. Unde q̄ intellectus nō reperit in hoīe aptitudinem predicandi de pluribus differentibus specie: ideo in eo non potest fundare genus. ⁊ sic de aliis. ¶ Intellectus ergo fundando dictas intentiones secundas presupponit naturas ⁊ proprietates in eis super quibus fundat intentiones illas secundas. ¶ Et sic patet quantum ad primum capitulum.

Confirmatio huius in exemplo artificiali.

¶ In fundamento cuiuslibet edificij oportet primo respicere fundamentum q̄ sit cōueniens fundamentū: q̄ ex eius stabilitate dependet tota firmitas operis. vt patet discurrēdo p̄ singula edificia. ⁊ precipue in edificatione domus ciuitatis aut ecclesie. ¶ Intellectus ergo artificialiter fundare volens intentiones logicales perutile sibi existit vt videat quibus intentionibus que fundamenta correspōdent. Et q̄ vt di primo de generatiōe etherogenia cōponunt ex homogenijs ideo ad cognoscendū etherogenia necesse est primo scire homogenia cum sint eoꝝ partes et cognitio partiū presupponitur ad perfectā cognitionē totius. vt inquit philosophus primo politicoꝝ. Ideo si ds logicales cupit cognoscere intentiones oportunū est certe sibi fundamenta subtiliter in mente reuoluere ne deficiente fundamento a tramite veritatis declinet. Patet ergo dictoꝝ confirmatio primi capituli. ¶ Sequitur secundum.

Quantū ad secundum capitulum.

Uidendū est primo: que sit natura predicabilis in eo q̄ quid ⁊ que in eo q̄ quale.

¶ Illud predicatur in quid quod est quid rei ⁊ substantia realis: vel habens modum substantie quod est alteri substare. Et quia fundamentū generis substat fundamento differentie ideo fundamentum generis dicitur predicari in eo q̄ quid. Et quia species se habet ad differentiā individualem sicut genus ad differentiam specificam. ideo species predicatur in quid de individuis per modum totius. genus vero per modū

partis respectu specie. vt patet. Vel dicit predicari in quid sicut cōiter dicitur qō potest responderi ad questionē factā per quid. ¶ Et illa natura dicit predicari in quale: qō se habet vt alterū informans, ⁊ si illud informans sit de essentia speciei: tunc dicit predicari in quale substantiale. ⁊ si sit preter essentiā speciei: sic ꝙ sit accidēs sibi. tunc dicit predicari in quale accidentale. Et hoc dupliciter: vel cōuertibiliter: vel nō cōuertibiliter. Si sit cōuertibile cū specie: tunc dicit predicari in quale accidētale cōuertibiliter. Et si predicatū in quale accidentale ⁊ pluribus speciebus cōueniat: vel est tale a quo species realiter ⁊ actualiter potest separari. ⁊ sic accidens per accidens separabile. vel est tale a quo species realiter ⁊ actualiter non potest separari: ⁊ sic est accidens inseparabile. Exemplū primi. vt album respectu hominis ⁊ bouis. Exemplū secundi. vt similitas respectu nasi. ⁊ nigredo respectu corui ⁊ ethiopis. Vel illō dicitur predicari in quale per quod conuenienter respondetur ad questionem factam per quale.

Ut tamen lucidius appareat que sit illa natura per quā naturā possumus sic vel sic respondere. ℣ Pro quo sciendū est ꝙ in natura specifica contingit quattuor reperiri: scilicet duo priora ⁊ duo posteriora. Duo priora vt duas partes essentiales ex quibus constituitur essentia speciei. Duo posteriora vt duas partes accidentales ipam speciem consequentes. vna quidem illarū partium cōmunis est pluribus speciebus: ⁊ denominatur genus. ⁊ alia est propria ⁊ dicitur differentia. ¶ Similiter istorum accidentium vnum est propriū speciei: ⁊ aliud est cōmune vel cōueniens pluribus. ℣ Primū accidens videlicet proprium ineſt ratione vnius partis scz differentie formalis. ⁊ alterū ꝺdem videlicet accidens per accidens ineſt ratione alterius partis: scz ratione materie. Exemplū primi. sicut risibilitas ineſt homini ratione rationabilitatis. Exemplū secūdi. sicut albedo ineſt homini ratione corporis: quia solum corporibus ineſt albedo.

Videamus ergo qualis sit habitudo horum quattuor ad inuicē. Capiamus igitur exēpli gratia. naturā holo ℣ natura specifica: cuius nature sunt due partes priores essētiales. scz rationale ⁊ aial duo etiā accidētia sicut risibile ⁊ albū. ℣ Pars ergo illa est prior ꝙ est cōis videlz aial vt habere modū substantie. hoc est modū subsistentis respectu partis ℣ pprie scz differentie: qi ei subsistat pars ista ⁊ reliqua informat siue actuat: qui modus est modus qualitatis. Una ergo istarū partiū vt predicari in quid. id est ꝙ modū substātie. ⁊ alia in eo ꝙ quale hoc est ꝙ modū qualitatis. Sed licet ille modus cōueniat vni in comparatione ad aliud nō tamē sic vnū predicatur de alio: sed de toto. qi vnū non subsistat alteri: nisi prout est in toto nec econtra alterū informat.

Duo etiam accidentia predicabilia sunt in eo ꝙ quale. qi vtrūq; se habet vt forma ⁊ actus respectu speciei: licet nō vt actus primus. qi solū talis actus est actus specificus: sed informat vt actus se-

ctūs/ꝛ forma scōa/ꝛ qualitas scōa.ꝛ aduenīūt ei nature specifice post
fuū esse completū ꝙ actū primū.ꝛ sicut pars cōis vel potentialis habet
modū substantis respectu partis ꝓprie ꝛ actualis.sic natura specifica ex
illis partibus cōstituta est potētialis respectu vtriusq; accidētis.Et am
bo accidentia habēt modū informātis respectu nature specifice.sicut ri
sibile ꝛ albū respectu hois accidētia sunt.vnū tñ immediatus hoi inhe
ret ꝙ alterū.Quia accidens ꝓprium imediate informat naturā specificā
sed accidens cōe mediate mediāte individuo. Nam natura humana nō
est alba:nisi q; sortes est albus.hec duo respectu eiusdē nature specifice
habent modos essendi qualitatis.ꝛ etiā modū predicandi qualitatis.Et
per hoc differunt a duabus partibus ꝓioribus.

Hic apparet
quod utrūdē
g̃ nisi indi
duū et poste
speciebus

¶ Est ergo pars potentialis fundamentum generis.
pars vero formalis fundamentū differentie.Sed natura specifica con
stituta ex his duabus partibus est fundamentū speciei. Patet ergo ꝙ
illa natura in qua genus fundatur sit predicabilis in quid.ꝛ illa natura
in quā differentia fundatur est predicabilis in quale:ꝛ propter eandem
rationem fundamenta ꝓpriꝰ ꝛ accidentis eodē modo sunt predicabi
lia.Et quia natura specifica eodem modo se habet ad differentiam indi
uidualem sicut genus ad differentiā specificā:ideo predicat natura spe
cifica de individuis in quid sicut genus de specie.

¶ His vsis redeamus ad ꝓpositum.

Modus fundandi genus talis est. Concipio aliquā naturam absolute
prescindendo ꝛ abstrahendo eam ab omni inferiori.hoc est intelligendo
naturā:ꝛ nō intelligēdo aliquod eius inferius.qō est abstrahere eam a
suis inferioribus. Abstrahere enim est intelligere vnū non intelligendo
aliud.Et sit natura illa gratia exempli.natura animalis que est conue
niens fundamentū generis ſm doctrinam precedentem. In hac natura
reperio istam ꝓprietatem predicabilitas de pluribus.deinde concipio
illa de quibus natura illa dicitur predicabilis.vtputa naturam humanā
ꝛ asininā.ꝛ in his reperio istam ꝓprietatē que est subiscibilitas alicui
tunc quantū ad fundationē vniuersalem non requiritur vlterior proces
sus nisi comparando naturā ad illa inferiora.faciendo ꝓpositōes mē
tales dicendo mentaliter sic homo est animal.asinus est animal. Jam in
animali fundatur vniuersale:ꝛ in homine subiectum. Adhuc video an
ille nature subiscibiles differunt numero vel specie.video ꝙ specie dif
ferunt differentiis diuisiuis ꝛ specificis animalis. Ulterius video an na
tura animalis sit predicabilis in eo ꝙ quid ſm regulam prius dictam.

Subiectū ꝙ
accipit ꝓ
ꝙnadā nat
ra inferior

Omnibus his vsis comparo animal ad hominem
ꝛ asinū sub ratione predicabilitatis:sic dicendo mentaliter.homo est ani
mal.asinus est animal.ꝛ respectus consequēs hanc collationem intelle
ctus in animali dicitur genus.ꝛ in homine ꝛ in asino dicitur species.ꝛ eo
dem modo quo fundatur intentio generis in comparatione ad suas spe
cies,ita etiam fundatur intentio speciei in comparatione ad individua.

dempta hac particula (differẽtibus specie) ⁊ in loco eius posita hac particula differẽtib⁹ nũcro tm̃. ⁊ vbi prius natura predicabilis erat de pluribus differentibus specie. Hic comparatur ad illa que solum differunt numero.

Differentia fundatur sicut genus. hoc excepto q̃ non predicatur in quid: sed in quale substantiali. Et proprium fundatur sicut species: nisi vbi dicimus species predicatur in quid. hic dicimus proprium est predicatũ in quale accidentale conuertibiliter. Et accidens fundatur sicut differentia: nisi q̃ fundamentũ eius est predicabile in quale accidentale non cõuertibiliter. Singulare fundatur sup̃ ꝓpietatẽ predicandi de vno solo. vt intellectus concipiens naturã iohis: inuenit in hac natura ꝓpietatẽ predicandi de seipo tantũ. ⁊ sub ratione huius ꝓpietatis cõparat sortẽ ad seipm̃. sic dicendo. sortes est sortes. ⁊ nũc intentio fundata in hac cõparatione dicit singulare in sorte. ⁊ sic ſm aliã ⁊ aliam rationẽ cõparandi fundant alias ⁊ alias intentiones. vt intellectus comparans sortem ad seipm̃ sub ratione idẽptitatis fundat intentionẽ idẽptitatis. ⁊ intellectus cõparans sortẽ senẽ ad seipm̃ puerũ fundat intentionẽ differentie que est relatio rationis.

Nota vniuersaliter ad fundandum quãcunq; intentionẽ. primo accipies diffinitionẽ intentionis fundande. ⁊ videas si potes reperire proprietatẽ conuenientẽ intentioni in re illa in qua est talis intentio fundanda. ⁊ sic cõparabis istam rem ad illa respectu quoꝝ conuenit ei illa ꝓpietas. Et intentio cõsurgens ex hac comparatione in re que habet hanc propuetatẽ erit illa cuius prius accipiebas diffinitionẽ Exemplũ huius. accipio diffinitionem speciei que est predicatũ de pluribus differentibus numero tantũ in eo q̃ quid. In homine reperies ꝓpietatem conuenientem huic. s. aptitudinem realem predicandi de pluribus differentibus numero tantũ in eo q̃ quid.

Comparabis tũc hominem ad illa respectu quoꝝ sibi conuenit illa ꝓpietas realis. vtputa ad sortẽ ⁊ ad platonẽ. ⁊ tunc respectus sequẽs istã cõparationẽ in hoie erit species cuius prius habebas diffinitionẽ. ꝓpietas presupposita ad fundandũ primã intentionem est intelligibilitas. Vnde si res sit intelligibilis in ea potest fundare intẽtio prima q̃ est sequela actus simplicis. sicut intentio secũda q̃ est sequela actus cõparati. Et ideo in ol illo põt intentio prima fundari q̃ simplici actu potest appichendi. Intẽtio secũda non solũ presupponit rem esse intelligibilẽ: sed etiã referibilẽ ⁊ cõparabilẽ. ⁊ hoc ſm aliquã habitudineꝝ quẽ nõ inest rei ex sua natura: sed solũ ex cõparatõe intellectus. Vnde si intellectus cõparat sortẽ ad platonẽ sub ratione paternitatis: nõ fundat relationẽ rationis. q̃ illa relatio ſm quã est cõparatio cõsequitur extrema ex natura extremoꝝ. Sed si intellectus cõparat hoiem ad sortẽ ⁊ ad platonẽ sub ratiõe predicabilitatis. vel ad aial sub rõne subiscibilitatis tũc sequela vtriusq; cõparatõis est relatio rõnis ⁊ intentio secũda.

proprium est duplex ſ.

Nota q̄ res scōm se in qua fundatur intentio secūda non est imediatū fundamentū intentiōis scōe: sed res sub esse cognito. ⁊ sic quodāmodo dependet ab intellectu inquātū cognitū. qi aliter intentio scōa nō esset relatio rationis. si imediatū fundamentū ⁊ terminus essent entia realia. sed q: imediatū fundamētum eius ⁊ terminus sunt entia quodāmodo rationis. Ideo ratione earū dependētiū ab intellectu potest dici relatiōe ab intellectu depēdere: saltē relationē rationis. nō tamē res sub quocūq; esse cognito est imediatū fundamētū intētiōis scōe. sed res sub esse cognito ⁊ cōparato. ⁊ res sub esse cognito absolute est imediatū fundamentū intentōis prime. ⁊ sic illud qō est imediatū fundamētum intentionis prime: est remotū mediatū ⁊ secundariū fundamentum intentiōis scōe. In quocūq; tamē potest vnū fundari potest ⁊ reliquū fūdari: qr qō potest cōcipi cōceptu absoluto simplici: etiā cōceptu pōt cōcipi collative. ex quibus diuersis actibus cōcipiendi originātur ille intentiones diuerse. ¶ Et sic patet scōm capitulum.

¶ Quantum ad tertium capitulum.

IAm superest dicere de istis intentionibus. Et primo de istis scōis se. Deinde comparando ipsas ad sua fundamenta. ⁊ postea comparando vnam intentionem ad aliam.

¶ Est ergo primo sciendū q dupler est actus intellect⁹: scz simplex quo intelligit tm vnū terminū. ⁊ cōpositus quo cōponimus vnū terminū cuz alio. Exemplū primi. vt intellectio hois. Exemplū scōi. vt intellect⁹ huius ꝓpositōis sortes est homo. ⁊ hi duo actus sunt entia absoluta. ⁊ cor sequele sunt entia respectiua. Nā sicut ꝓducens albedinē ꝓducit cōsequēter similitudinē. sic intellectus ꝓducēs primū actū ex ꝓsequēter vt ex sequela actus illius ꝓducit intētionē primā. ⁊ ꝓducens actū scōm eodē modo ꝓducit intentionē scōam. ¶ Intētio ergo prima est sequela actus simplicis. Et scōa intētio est sequela actus cōparati. Ens ergo rationis diuidit in has duas intentōes tanq̄ in primas suas species. ¶ Et intētionū scōaz alia cōplexa alia incōplexa. Incōplexoz alia fundata super aliquā ꝓprietatē ptinentē ad predicationē. alia nō. vel sic alia ptinēs ad predicationē alia nō. sicut idēptitas vel diuersitas. Incomplexū p se ptinens ad predicationē. idem est qō extremū ꝓpositiōis. Et diuiditur in subiectū ⁊ predicatū. ¶ Predicatū aliud predicatur de pluribus. aliud de uno solo: ⁊ idē est q singulare. si de pluribus sic est vniuersale. ¶ Uniuersale aliud predicatur in quid. aliud in quale. Uniuersale in quid hoc est predicatum de pluribus in quid. Aliud de pluribus differentib⁹ specie per modū partis. ⁊ sic est genus. vel differentibus numero tantū i eo q quid. ⁊ sic est q modū totius. ⁊ sic est species. Et sic vt ptz habent duo prima vniuersalia. Rursum ꝑdicatū de pluribus in quale. aliud in quale substātiale. aliud in quale accidētale. Si i quale substātiale sic est dis-

Cum sint entia absolute sc. scientia ꝙ sciunt Et ꝙ cognoscibilia.

Et sic vel habet dfam sub se vel nō. Si nōsic est differētia vltima. Si sic vel habet different. ā sub se ⁊ supia vel ecōtra. primo mō est differētia inter media. secōdo mō est differētia suprema. Rursum predicatū in quale accidētale diuidit in quale accidētale cōuertibiliter ⁊ nō conuertibiliter. prīo mō est ppriū. secōdo mō est accidēs. Itē cōplexū aliud cōplexū cōplexione prima. aliud cōplexione secūda. Primo mō sic est enūciatio. secōdo mō est argumētū. ⁊ hoc dupliciter. vel habet euidētiā a se vel a suo simili. sī a simili sic est exēplū. Si a se vel p̄sequēs sequit̄ [illegible]. ex antecedēte ⁊ sic est inductio. vel virtute alicuius medii. ⁊ sī sic. vel illud medium est tā virtualiter inclusū vel exp̄ssum. Primo mō est emptimema. secōdo mō est silogism⁹. Et sī p̄sequēs sequit vere ex antecedēte virtute alicui⁹ medij exp̄ssi. vel p̄sequēs sequit ex antecedēte posito ⁊ cōcesso. vel tantū apparēter. Si primo mō sic est silogismus simpliciter. Si secōdo mō scīlicet silogismus elenchus. ¶ Silogismus simpliciter diuidit in silogismū p̄ cedentē ex ppriis principijs ad ppria. ⁊ sic est silogismus demōstrati⁹. vel a cōibus ad ppria. ⁊ sic est silogismus topicus. Et sic patet qualiter attendit ordo superioritatis ⁊ inferioritatis inter has intēciones. Et ois diuisio est vniuoca ꝓpter hanc que est silogismi in silogismum verum ⁊ elenchum. Et sic patet quantum ad tertium.

formaliter

¶ Quantum ad quartum capitulum.

Nunc de comparatione ipsarum intentionum Jam ponamus exemplā.

¶ Primo comparemus genus ad suū fundamentū vt in ista predicatō ne. aial est genus. Distinguēdū est de predicato eo ꝙ pōt sumi formaliter vel fundamētaliter. Si fundamētaliter distinguēdū est vlterius penes fundamētū in quo ⁊ sup quo. Fundamētū in quo ē natura in qua est ppietas ratiōe cuius fundat intētio. Fundamētū sup quo est ipa ppietas sup qua fundat intētio. ⁊ a qua ppietate mouet intellectus ad fundādū intētionē. Si genus accipiat fundamētaliter primo sic est predicatio essentialis. qr idē de scipō predicat. vt aial est aial. qr aial est natura in qua genus fundat. Si ꝓ fundamēto sup quō sic est p̄dicatio denotatiua. ⁊ est equalis huic. Aial est predicabile de pluribus differentibus specie in quid. Si genus sumat formaliter adhuc pōt sumi dupliciter vt quid vel vt modus. Primo mō est predicatio falsa. quia denotat genus esse de quiditate ⁊ essentia animalis. Si secūdo modo sic est predicatio vera ⁊ denominatiua. quia sub modo generis itelligitur animal in comparatione ad suas species.

vel dupliciter. ꝓ forme & ꝓ subiecto. ſ. ꝓmō.

Pro quo notādum est ꝙ sicut lumen est illud quo albedo videtur siue quo terminat actum videndi. ⁊ tñ ipm lumen non videmus vt quod sed vt quo. Et ideo potest dici quasi modus videndi respectu albedinis. sic qñ mtelligo ꝙ homo est aial/asinus est aial. aial est illud qō intelligit sub ratione generis: sic ꝙ intellectio terminat ad aial: ⁊ non ad genus. sed genus est modus quo intelligit: ⁊ nō est illud quod

intelligitur nisi ad actu reflexo. sicut intelligit cla intentio scda. quia primo intellectus intelligit rem sub intentione. t postea intellectus reflectit se supra intentionē. ¶ Unde licet genus sit illud quo aial intelligitur t hoc actu directo. vt homo est aial. asinus est aial. t etiam licet genus sit illud qđ intelligitur cū aiali actu tñ reflexo. vt hic. Aial est gen⁹. tñ vtrobiq genus est modus aialis. qr licet scdo modo sit illud qđ intelligitur. non tñ intelligitur eadē intellectione qua intelligitur aial q rcq̃ritur ad hoc quod esset quid respectu animalis.

Unde eadem intellectione qua intelligo hoiem: intelligo aial. t omne qđ est superius ad aial. sicut eadem visione video qua video albedinē video colorem t qualitatem. t ideo hec predicatio est. vera sumendo predicatū vt quid. homo est aial. licet non est sic de aiali et genere. qr aial intelligitur intellectione directa. t genus intellectiōe reflexa. Cū ergo aliqđ predicatū est illud quod intelligitur subiecti. tunc est quid respectu. t qñ aliquod predicatū est illud quo intelligitur subiectū. tunc est modus subiecti. Et sic patet q hec predicatio. aial est genus. est vera vt modus. falsa vt quid. Eodem modo respōdetur ad istas predicatōes. homo est species rationale est differētia. risibile est ꝓprium. albū est accidens. Et quicquid predicat sub aliquo istorū modoꝝ predicandi ꝓprie predicatur. t qcquid ecōverso modo predicat impropie. Hec ergo predicatio est ꝓpria. homo est animal. t hec est impropria aial est homo. opposita predicationi propie primo modo. et sic dicendum est de aliis.

Notanduꝫ q hoc argumentum non valet. Animal essentialiter predicatur de pluribus differentibus specie. vt de homine t de asino. ergo aial est essentialiter genus. Et si dicas q de quocūq predicatur diffinitio cum hac determinatione essentialiter t diffinitū. Potest dici q non est verū. quia quādoq potest ly essentialiter habere aliquē specialem modū respectu diffinitionis quem nō habet respectu diffiniti: sicut accidit hic.

Uel potest distingui de antecedente eo q ly essentialiter potest determinare predicatū vel predicationē. Primo modo est verum eo q denotat q aial modo essentiali. t per se predicatur de suis inferioribus speciebus. Scdo modo est falsa. quia denotat q talis predicatio est essentialis aial est predicatum de pluribus differētibus specie qa est denotatiua. ¶ Sequitur quintum capitulum.

Quantum ad quintum capitulum.

I Am quo ad quitum videamus que intentiones quibus intentionibus conueniant. t que intentiones a quibus remoueri debeant.

Et primo comparemus hec quinq vniuersalia vt sciamus quod vniuer-

sale predicatur predicatõe denolatiua. ⁊ quid illoꝝ non potest predicari de eo ad qõ comparatur predicatiõe alia. Scies primo q̃ duplex est predicatio. s. essentialis ⁊ denolatiua. Est enim predicatio essentialis qñ predicatũ est de essentia subiecti. vt hic. homo est aial. genus est vniuersale ⁊ hoc accidit qñ in predicato in comparatõe ad subiectũ fundatur intentio generis speciei vel differentie. Unde qõ predicatur essentialiter predicatur vt genus vel vt species vel vt differentia. sed qõ predicatur vt propriũ vel vt accidẽs. hoc est qñ in predicato in comparatiõe ad subiectum fundat intẽtio proprij vel accidẽtis. tñc illud predicatũ dicitur denolatiuũ subiecti. ⁊ est predicatio denolatiua. Scies etiam qõ nulle due species sub eodẽ genere contente predicãtur de seinuicem predicatione essentiali: q; tunc de eisdem predicarẽtur opposita. q; vtraq; generis differentia diuisiua opponitur alteri. Etiã scies generaliter qõ oĩs intẽtio secũda fundata in aliquo fundamẽto predicat̃ de eo predicatiõe denolatiua sicut accidẽs de subiecto. in quo nõ potest fundari talis intẽtio de illo est impossibilis predicatio. Exemplũ primi. vt homo est species. Exẽplũ secũdi. socres est species. vel homo est asinus.

Uis politis cõparemus primo genus ad speciẽ secũdo speciem ad genus deinde speciem ad differentiam. ⁊ differentiã ad speciem. ⁊ sic deinceps. Si queratur qualis predicatio est illa. genus est species. potest respondẽs distinguere tã de subiecto q̃ de predicato. eo q̃ ambo possunt sumi fundamentaliter vel subiectũ fundamentaliter. ⁊ predicatũ formaliter. vel subiectũ formaliter ⁊ predicatũ fundamentaliter. vel vtrũq; formaliter. Si vtrũq; sumatur fundamentaliter: tunc est predicatio impropria ⁊ indirecta opposita predicationi ꝓprie primo modo: hoc est speciei de genere. ⁊ est talis qualis est ista. animal est homo. Uel aliter potest respondens distinguere de fundamento penes fundamentum in quo vel super quo. vt dictum est ꝓprius. Si vtrũq; capiatur pro fundamento super quo: sic est predicatio falsa. quia est talis qualis est illa predicabilitas de pluribus differentibus specie est predicabilitas de pluribus differentibus numero tantum Si vtrũq; sumatur pro fundamento in quo sic est predicatio impropria: ⁊ est talis qualis est ista. animal est homo. Si subiectũ sumatur fundamentaliter ⁊ predicatum formaliter: distinguendum est vlterius de predicato eo q̃ potest sumi pro specie specialissima. vel ꝑ specie subalterna

¶ Si primo modo. sic est impossibilis: quia in genere fundamentaliter nullo modo potest fundari species specialissima. Si secundo. distinguẽdum est vlterius penes hoc q̃ potest sumi vt qd: vel vt modus. Si primo modo est impossibilis: quia intentio non est de quiditate rei. Si secũdo modo sic est vera ⁊ denolatiua. ⁊ est talis qualis est ista. aial est species subalterna. ⁊ predicatũ est modus quo intelligitur subiectũ aial. et non quid. i. de quiditate subiecti siue capiatur pro specie fundata in aliis subiecta generi in comparatõe ad sua superiora directe in genere. Uel pro specie subiecta differẽtie fundata in aiali in cõparatõe ad differẽtias

superiores que sunt de essentia eius: licet sint in genere a latere. Uel ꝙ
specie subiecta accidenti: que species in alali fundatur in comparatione
ad accidens. Prima species est correlativa generis. scda differentie. ter
tia accidentis. Quibus hijs modis hec est predicatio denominativa (genus
est species) sumendo subiectum fundamentaliter ꝙ fundamento in quo
& predicatum formaliter vt modus.

Quo ad tertium membrum distinctionis. Si subie
ctum capiatur formaliter: & predicatum fundamentaliter: sic est predica
tio falsa ex modo. Si capiatur formaliter vtrūq; distinguendū est vte
riusq; vtrūq; potest sumi vt quid. & tunc est predicatio falsa: quia si es
set vera in illa predicatione predicatū esset de essentia subiecti: vel sub
iectum esset de essentia predicati. qđ patet in hac predicatione: quia ly
de dicit circumstantiā cause materialis vel formalis. que partes solū pre
dicant essentialiter: qz sic idem esset pars sui ipsius. qz quicquid est pars
generis est pars speciei cū vtrūq; in diffinitione vtriusq; ponatur: quia
si ly species teneatur vt quid est pars generis: qz nihil dicitur de essen
tia alterius nisi pars. ergo species tunc est pars speciei. Minor ostendi
tur sic. in illa predicatione. homo est homo. predicatū non est de essentia
subiecti sed dicitur tota essentia ei⁹. Si etiam vtrūq; sumatur vt mo
dus est falsa: qz due intentiones vt modus opponuntur sicut due inten
tiones vt quid. quia semper illud qđ terminat actum intelligendi est qđ
& illud quo aliud intelligitur est modus. Oportet ergo ꝙ si vna intentio
sit illa qua alia intelligitur ꝙ alia intentio sit illa qđ intelligitur. & ꝙ con
sequens est impossibile ꝙ vtraq; intentio sit modus alterius. saltem in
eadem predicatione licet non sit impossibile in diuersis predicationibus

Si subiectum sumatur vt quid & predicatū vt mo
dus pro specie specialissima adhuc est falsa: qz genus formaliter nullo
modo potest intelligi in comparatione ad sua inferiora sub ratione spe
ciei specialissime. qz sic intelligitur predicatum de pluribus solum nume
ro differentibus. qđ est falsum: quia habet sub se genus generalissimū:
& genus subalternū. que differunt specie. ¶ Si predicatum capiatur vt
modus. siue pro specie subalterna: siue pro specie subiecta differentie. si
ue pro specie subiecta accidenti. est vera. quia in genere in comparatio
ne ad vniuersale potest fundare species subalterna: & in genere in com
paratione ad ly in quid. que est differentia vniuersalis potest ꝑ ecies fū
dare que est subiectum differentie. & in genere similiter in comparatiōe
ad genus subalternū. vt cum dico gen⁹ est genus subalternū: & accidēs
in sua cōitate est genus subalternū accipiendo predicatum in vtraq; pre
dicatione vt modus et subiectū vt quid. ¶ Unde species primo modo di
stinguitur vtrū vt: sicq; sumitur vt quid. vel vt modus. vel subiectum vt
quid & predicatum vt modus. vel subiectum vt modus & predicatum vt
quid. Primo modo & scdo modo est predicatio falsa. & hoc si species pro
specie specialissima: quia nec genus potest esse modus speciei specialis
sime nec species specialissima est modus generis. quia in neutro illoꝝ

poteſt proprietas reperiri ſuper quam poteſt fundari illa intētio. ¶ Si ſumatur pro ſpecie ſubiecta ſic eſt vera tam p̄tertio q̄ pro quarto mō. Nam in genere p̄t ſpecies eſſe ſubiectū generis ſez vniuerſali. ⁊ ſic ſpecies eſt modus. ⁊ in ſpecie ſubiecta p̄t genus fundari. ⁊ ſic gen⁹ eſt modus ſpeciei. ⁊ ſic qualiter talis predicatio eſt vera: ⁊ qualiter non.

poteſt

Et nota q̄ p̄dicatum in quale habet ſe per modum informantis alterū ⁊ vt facientis differre ſicut fundamentū predicati in quid ſe habet per modū ſubſiſtentis alteri ⁊ facientis cōuenire. et ſi ſic vel tunc facit differre eſſentialiter ⁊ quiditatiue: ſic q̄ illud ſit de eſſentia eius q̄ differt per ipm. ſicut rationale facit hominem eſſentialiter differre ab aſino quia eſt de eſſentia hois. quia rationale facit hoiez differre per ipm. Si facit accidentaliter: tunc dicitur accidētalis. ⁊ ſi ſic: vel facit differre accidentaliter ita q̄ ſit conuertibile cum eo qō ſic facit differre per illud. ⁊ ſic eſt differentia accidentalis propria. ⁊ ſi illud predicatū in quale accidentale excedit ſubiectum de quo predicatur: vel predicatū excedit a ſubiecto ſic q̄ illud predicatum non eſt conuertibile cū eo de quo predicatur: tunc dicitur differentia cōis accidentalis. Exemplū primi. vt riſibile reſpectu hominis. Exemplū ſcdi. vt albū reſpectu hois. Et quia illa nota tranſſumuntur ad ſignificandū intentiones ſecūdas in ipis rebus fundandas. Unde hec dictio compoſita differentia ſubſtātialis trāſſumitur a fundamento intētionis. vt priuo a rationali ad ſignificandum intentionē fundatā in rationali: qi nos inducimur in cognitionē iſtarum relationū rationis ex cognitione ſuop fundamentop. ⁊ ab illis accepim⁹ nota tanq̄ a manifeſtioribus. Unde differentia ſubſtantialis ſi capiatur fundamentaliter: hoc eſt pro fundamento. ſic eſt nomen prime intentōis ⁊ ſic ſumitur primarie. Si formaliter: ſic ſumit transſumptiue ⁊ ſecundarie. ⁊ ſic eſt nomen ſecūde intentionis. ⁊ ſic poteſt ſumi pro differentia in ſua cōitate preciſa ab oi inferiori. Et eius diffinitio eſt illa. differentia eſt predicatū de pluribus in quale. ⁊ ſic] eſt vna ſpecies immediate cōdiuidens vniuerſale contra predicatum in quid qō eſt ſuperius ad genus ⁊ ſpeciem. Uel poteſt ſumi pro differentia ſubſtantiali: ⁊ tunc eius diffinitio eſt iſta. differentia eſt predicatū de pluribus in quale eſſentiale. ⁊ differentia ſic ſumpta eſt ſuperior ad ſupremā intermediā ⁊ vltimam. Uel p̄t ſumi p differētia accidētali. ⁊ eius diffinitio eſt hec. differētia eſt predicatū de pluribus in quale accidentale. ⁊ illud qō ſic diffinit eſt ſuperius ad propriū. ⁊ accidens differētia accidētalis ꝓprie idē eſt q̄ proprium. ⁊ differētia cōis idē eſt q̄ accidens cōe. Facta cōparatōe ſpeciei ad genus hic comparabit ſpecies ad differentiā. Unde in iſta predicatōne ſpecies eſt differētia. ſi ſpecies accipiat formaliter ſiue p ſubiecto ſiue p ſpecie ſubalterna ſiue p ſpecie ſpecialiſſima. ⁊ predicatū formaliter vt modus vel p differētia in ſua cōitate. vel p differentia accidentali q̄ differentia eſt vltimū vniuerſale eſt predicatio vera. qi tam ſpecies ſpecialiſſima q̄ ſubalterna ſunt accidentia. qi predicantur de pluribus differētibus ſpecie in quale accidentale nō cōuertibiliter: vt patet dicendo. homo eſt ſps

cies specialissima. ꝛ species subalterna de arbore ꝛ planta predicantur. Et si species sit accidens sequitur ꝙ est differentia accidētalis. cōsequē tia patet ab inferiori ad suū superius. ꝛ per cōsequens sic est vera. Et si differentia accipiatur pro differentia accidentali propria. vel pro differē tia substantiali sic est impossibilis predicatio ꝙ non potest esse vera accipiendo differentiā vt quid. cū sint species distincte vniuersalis. nec po test esse vera vt modus. quia de quocūq; predicatur differentia substan tialis vel accidentalis propria. i. propriū vt modus. in illo fundatur. Et illud in quo fundantur tales intentiones est earum fundamentum: sed species non est fundamentū differentie substantialis: nec propie passio nis. eo ꝙ fundamenta illarū intentionum non sunt directe in genere. vt patet de rationale ꝛ risibile. quoꝝ vnū est per se in genere (licet indirecte ꝛ alterū per accidens ꝛ indirecte: sic ergo patet ꝙ vtrūq; est in genere indirecte. Sed species siue sumatur pro specie specialissima siue subal terna est directe in genere: quia vtrūq; est species entis rationis. ꝛ omnis species est directe in predicamento. species ergo non est fundamen tum differentie substantialis: nec differentie propie accidentalis. Unde solum fundamenta generis speciei ꝛ individui continentur directe in ge nere in ordine predicamentali. Patet ergo qualiter ista predicatio est vera. species est differentia.

Ulso de hac ꝓdicatione/ genus est species/ qualiter habet multiplicem sensum scōz diuersam acceptionem fundamentaliter vel formaliter. vt quid vel vt modus. Similis distinctio potest aptari oībus predicationibus sequentibus. Sed quia consideratio vniuersalium formaliter vt quid vel vt modus: est magis logica. ideo post hanc versabitur consideratio circa vniuersalia solū formaliter accepta pro intentionibus. Unde in hac predicatione Species est genus. sumendo subiectum vt quid ꝛ predicatū vt modus. est falsa. quia species nullo modo potest intelligi sub ratione generis: nisi ponatur ꝙ species sit genus ad speciem specialissimam ꝛ speciem subalternam. vel melius ad speciem subiectum ꝛ speciem predicatum. quod est falsum. quia species specialissima continetur sub predicato. ꝛ species subalterna sub subiecto.

Cum ergo incompletū diuiditur per ꝓdicatū ꝛ subiectum proximum in quo conueniunt essentialiter est icompletum. ꝛ ita non est aliqua res vniuoca que portatur per speciem cōmunis vtriusq; Diuisio ergo speciei in specialissimā ꝛ subalternam: vel in subiectū ꝛ predicatum. est diuisio vocis in significationes. patet ergo ꝙ species communis istis non est genus. quia sola vox est cōmunis istis. Si sumatur facta distinctiōe pro specie vel sic. patet ꝙ est falsa. quia in nullo modo potest fundari genus nisi ꝙ habet sub se species. sed species specialissima habet sub se tantum hanc speciem specialissimam: ꝛ illam que solum differunt numero.

Sing. potest in libr. dicitur
notat q. sing. contrar. andreā. odd. spēs continet in spē in rei sicut in genere: sicut ꝙ odd genera continet in genere

Si obiciatur q̄ species fundata in homine in com-
paratione ad sua inferiora est aliud a specie fundata in asino in compa-
ratione ad sua inferiora ꝛ relationes distinguntur penes fundamenta ꝛ
terminos palam est q̄ tam fundamenta q̄ termini distinguntur speci-
fice. ergo species fundata in homine ꝛ in asino distinguitur specie. ꝛ per
consequens species specialissima est genus. ℂ Respondeo. relationes
que accipiunt totum esse a fundamento ꝛ termino capiunt veram disti-
nctionem ab illis. Sed iste relationes non originantur a fundamento et
termino: sed effective ab intellectu. quia intellectus reperit similem pro-
prietatem fundandi hic ꝛ ibi. ergo fundat relationes eiusdem generis.

Contra istam solutionem arguitur sic. Et primo con-
tra hoc q̄ dicitur proprietates siue rationes fundandi in homine ꝛ in asi-
no esse eiusdem rationis. puta istas proprietates a quibus mouetur in-
tellectus ad fundandum intentiones predictas. quia proprietas pullu-
lat ex propriis principiis subiecti. Cum ergo alia sunt principia hominis
ꝛ asini ꝛ alterius rationis. sequitur q̄ proprietates sunt alterius ratiōis
ꝛ ex consequenti intentiones speciei fundate super his proprietatibus.

Contra illud quod dicitur intentionē speciei non cau-
sari a fundamento ꝛ termino solum: sed etiam ab intellectu. quia omnis
respectus qui non necessario consequitur naturam extremorū extremis
in actu positis est respectus extrinsecus adueniens. ꝛ per cōsequēs est
aliquod sex principiorū quod est falsum. vt patet discurrendo per singula
quia talis respectus sufficienter diuiditur in illa. Et vltra sequitur q̄ nō
sit relatio. ꝛ per cōsequens nec relatio rationis. cōsequentia patet. q̄ ex
negatione superioris sequitur negatio inferioris. ꝛ prosequens est contra
communē opinionē: videlicet q̄ intentio speciei non est relatio rationis.

Dicendum est ad primū q̄ proprietates eiusdem ra-
tionis possunt proflui ex essentijs diuersarum rationū. quia non requi-
ritur tanta distinctio contentorū quanta est continentiū. sicut homo ꝛ asi-
nus. sunt diuersarum rationū tamen actus sentiendi quos in se continēt
sunt eiusdem rationis ꝛ propie passiones entis. videlicet vnum: verum
ꝛ bonum sunt eiusdem rationis in omnibus entibus. Unde licet lapis ꝛ
homo distinguuntur specie. nō tamē vnitas [illegible]. Unde
sicut cum idemptitate formali continentis potest stare [illegible]
malis contentorū. Ita cum diuersitate formali ꝛ specifica contineneiū po
test stare idemptitas formalis contentorum. Exemplum primi. sicut ani
ma eiusdem rationis continet in se potentias diuersarum rationum. Ita
stat hic econtra q̄ naturarum diuersarum rationum sunt proprietates
eiusdem rationis.

Ad secundum dico q̄ si ponatur respectus extrinse-
cus adueniens non sequitur q̄ sit aliquod sex principiorū. quia nō est re
spectus realis: sed respectus diuisus in sex principia est realis. Dicitur



cmen concordãdo cum prioribus. quia necessario sequitur extrema im
mediata. ꝛ ita est respectus intrinsecus aduenies ꝛ relatio. ꝛ licet ex
trema sint alterius rationis immediata: ratio tamen fundandi est eius
dem rationis puta illa predicabilitas. Vnde sicut in eodem potest fũda
ri relationes formaliter distincte propter diuersas ratiões fundandas.
Sicut in sorte in cõparatõe ad platonẽ fundat relatõ cõueniẽtie ratione
nature ꝛ relatio differẽtie rõne ꝓprietatis idiuidualis. ſ. entitatis. ¶ Ita
in fundamẽtis diuersarum rationum ratiõe proprietatis eiusdem ratio
nis possunt fundari intẽtiões eiusdem ratiõis. genus ergo nullo modo
est mod9 specialissime neq; subalterne. ꝛ sic hec predicatio est falsa. spe
cies est genus sumẽdo genus vt modus ꝛ speciem vt quid pro hac vel
illa specie predicta. ¶ Secũda predicatio genus est differẽtia. est vera
sumẽdo differẽtiam pro differẽtia cõi ad differẽtiam suprem̃am/mediam
ꝛ vltimam. quia talis differẽtia itelligitur sub ratione generis. respectu
istarum que sũt eius species. ¶ Hec predicatio que est cõuersa prioris.
genus est differẽtia nõ est vera sumẽdo differẽtiam ꝓ differẽtia que pre
dicatur i quale substãtiale. e. quia genus de nullo sic predicatur. sed est ve
ra pro differẽtia que predicatur i quale accidẽtale ꝛ facit alteratum. qa
sic predicatur de suo fũdamẽto. ꝛ facit alteratum. ꝛ differẽtiam eius ra
tiõis differre ab aliis quibus nõ ꝓuenit genus. ¶ Tertia predicatio dif
ferẽtia est species est vera. ꝛ patet quia differẽtia cõis est species subal
terna. ꝛ differẽtia suprema itermedia ꝛ vltima est species specialissima.
quia quelibet istarum predicatur i quid solum de differẽtibus numero. ꝛ
ecõuerso. Species est differẽtie est vera solum vt iam nuper dictum est
respectu differẽtie. ¶ Quarta predicatio est de genere comparãdo pro
prium ad tria prioria vniuersalia. primo ad genus. Et videtur ꝙ sic: quia
si trãscẽdẽs ponatur habere proprium ꝛ genus habet proprium ꝛ etiam
species. Jam proprium est genus ad hec tria propria. Sed eius cõuer
sa est falsa. quia de nullis predicatur genus formaliter i quale accidẽta
le cõuertibiliter. Hec predicatio proprium est species est vera siue sumа
tur species pro specie subalterna vel pro specie specialissima huius ꝓ
prii ꝛ illius. Eius cõuersa est falsa. Species est proprium: quia de nul
lis predicatur ſm ratiõem proprii. Hec predicatio proprium est differẽ
tia nõ est vera. sumẽdo differẽtiam pro secũdo vniuersali. quia de nul
lo predicatur vquale substãtiale. Similiter eius cõuersa differẽtia est ꝓ
prii: quia de nullis predicatur i quale accidẽtale cõuertibiliter. ¶ Qui
ta predicatio est comparãdo accidẽs ad accidẽs. ꝛ patet ꝙ sit vera. Si
ponatur accidẽs qđ ꝓuenit multis speciebus vt album. ꝛ accidẽs quod
cõuenit vni speciei ꝛ solum idiuiduis vnius speciei. vt ridere vel actus
ridẽdi qui solum cõuenit hoibus. Accidẽs ergo est genus ad accidẽs i
determinatum multis speciebus ꝛ determinatum vni speciei. Vnum ac
cidẽs predicatur de pluribus differẽtibus specie. ꝛ aliud de plurib9 dif
ferẽtibus numero tãtum. Eius cõuersa similiter est vera. ſ. genus est ac
cidẽs: quia predicatur in quale accidẽtale de suis fundamẽtis non con
uertibiliter. sicut hic animal est genus.

Hec predicatio/ accidens est species: patet q̄ sit vera
siue sumendo accidens pro accidenti cōmuni ad accidens indetermina-
tum ⁊ determinatum. vel pro altero illorum. omnia hec tria sunt species
subalterne vniuersalis: sed duo vltima sunt species specialissime respe-
ctu singularium. Eius conuersa est vera. similiter species est accidens,
vt euidet ex dictis. Hec est falsa. Accidens est differentia: quia de nullis
predicatur in quale substantiale. Eius tamen conuersa est vera, scilicet
differentia est accidens: quia accidit rationali ⁊ irrationali ⁊ abest pre-
ter eoum corruptionem: quia predicatur accidentaliter ⁊ non conuerti-
biliter de istis. Hec similiter est falsa. accidens est proprium, quia de nul
lis predicatur accidentaliter ⁊ non conuertibiliter de istis. hec similiter
est falsa. accidens est proprium. quia de nullis predicatur accidentaliter
⁊ conuertibiliter. proprium tamen est accidens: quia de suis fundamen
tis predicatur.

Hactenus de vniuersalibus hic locuti sumus: re
liquum nunc est vt aliqualiter insistamus. vbi
est aduertendum q̄ in omni natura inferiori in comparatione ad suum
superius potest fundari intentio singularis quod est correlatiuum vni-
uersalis. quia omne inferius est singulare respectu sui superioris. Unde
sicut intentio vniuersalis potest fundari in ente in comparatione ad de-
cem predicamenta: ita in decem predicamentis potest fundari intentio
singularis in comparatione ad ens. ⁊ loquor de singulari subiecto quod
videlicet subiicitur vniuersali.

Indiuiduum dicitur propter quod non est natum di
uidi: quia in nulla natura vniuersalis que est apta nata diuidi in plura
singularia potest fundari intentio indiuidui. potest tamen fundari in in-
fimis naturis omnium predicamentorum sicut in illo homine hac super
ficie illa albedine. patet ergo q̄ singulare est superius ad indiuiduum
quia quicquid est indiuiduum est singulare non tamē econtra. ¶ Sup-
positum potest fundari tantum in infimo singulari generis substantie. ⁊
sic omne suppositum est indiuiduum: non tamen econtra. Intentio per-
sone potest fundari in indiuiduo rationali. vt in hoc homine vel in hoc an
gelo omnis persona. ergo est oppositum ⁊ non econtra.

Suppositum ergo est superius ad personam. habent
ergo hic se adinuicem sicut superiora ⁊ inferiora. sed singulare indiuidu
um/ suppositum ⁊ persona. Et sicut vniuersale est superius ad hec vni-
uersalia: ita singulare quod est correlatiuum vniuersalis est superius ad
correlativa quinq; vniuersalium. Singulare ergo est superius ad spe-
ciem subalternam: que est correlatiuum generis. Ad indiuiduum sub-
iectum correlatiuum speciei specialissime. Ad speciem subiectam corre-
latiuum differētie. Ad indiuiduum subiectum correlatiuum proprii. Ad
speciem subiectam correlatiuum accidentis. Unde sicut hec predicatio

est essentialis species specialissima est vniuersale. ita hec est essentialis
species subalterna est singulare subiectum.

Illa dicitur species subalterna que fundatur in na
tura directe posita in linea predicamentali sub alia natura. igitur quia
natura in qua fundatur species subalterna non ponitur sub aliquo re
spectu cuius dicitur species: nisi respectu generis. ideo species subalter
na est solum correlatiuum generis. ¶ Species ergo fundata in homi
ne in comparatione ad differentiam vel accidens: licet dicatur species
subiectaz non tamen est species subalterna. Et etiam indiuiduum corre
latiuum speciei specialissime potest dici indiuiduum subalternum. quia
eius fundamentum ponitur sub fundamento specie. Et indiuiduū cor
relatiuum indiuidui subiecti qđ fundatur in indiuiduo in comparatione
ad se. z potest dici indiuiduum idemptitatis. quia fundatur in eodem in
comparatione ad seipsum. Est indiuiduum quod est correlatiuum ppū
z potest dici distinguendo contra alia indiuidua proprietatis.

¶ Hec ergo ad eruditionem fundas
mentalem paruulorū qui se ad phis
losophiam vel theologiam realium
doctorum applicauere scripsi.

Dyllyam merryke doth owe this book
Witnes Iohn Denham Tompson Edmo

Fugacz ymlon
ROGERVS COSCE ME FECIT